

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1120

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

27

I O I C O D I C E S I I I

28

3) Summarium illud biblicum metricum *Alexandri de Villa Dei O. M. quod incipit: Sex prohibet peccant &c. a me jam alias indi-*

Ro. Corin. et Gal. Ephes. Phi. Co. Theff. Timo. Ti. Phil. Hebrae.

XVII.

U. 57 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 496. 4. per duas columnas nitide exaratus, rubricis comtus, et quandam Collegio Episcopali ad S. Nicolaum addictus ab Job. Fabro Antistite Vien. ut et manus praevia et Περγαμηνα a. 1540. typis excusum testatur, est Exemplar sacrorum Bibliorum Lectionis vulgatae hoc quidem ordine decurrentis: praemissis Hieronymi Prologis consuetis Pentateuchus, Josue, Judices, Ruth, Regum IV. Paralipomena subjecta in margine Manassis Oratione, Esdras et Nehemias, Confessio Esdre defumta ex ejus Libro IV. apocrypho c. 8. a v. 20 — 37. non sine varietate ab editis. Tum Pro-

Editio

Multi recipiunt Christum, sed non credunt in nomine unigeniti qui filium Dei consubstantialem negant, hoc est patri consubstantialem eum affirmant, hoc est essentiam quae pater est.

Plenius certe Codex, quamvis pro ἐπουσιον manifeste legendum ἐτερουσιον, et Arrianorum mentio

catum. 4) Versus alii, ut n. 2. in quibus tamen nihil de Laodicensibus; ita enim Pauli Epistolae memorantur:

verbia, Ecclesiastes praevio Capitulari, Cantica, Sapientia, Ecclesiasticus, Job, Tobias, Judith, Esther et Machabaei. Rursus Prophetae IV. majores et XII. minores. Atque haec tenus Lex vetus. Fol. 351. nova incipit ab Omelia Origenis in C. I. Joh. In Principio erat Verbum &c. hoc tenore: Vox spiritualis aquilae auditum pulsat ecclesie &c. Abjudicarunt ab Origene iam dudum Critici Homilias illas X. in diversos N. T. locos, in quarum serie Nostra secunda est, neque reproduxit eas Car. Ruacus in edit. Opp. graecolat. Paris. 1733 — 59. f. extant tamen in Editionibus anterioribus lat. Genebrardi, puta Paris. 1619. P. II. p. 274. f. a quibus Exemplum nostrum non raro variat. Sit specimen p. 279.

Codex

Arriani recipiunt eum, sed non credunt in nomine eius, non credunt unigenitum dei filium patri consubstantialem, ὁμουσιον eum negant, hoc est patri coessencialem, ἑτοιμιον eum affirmant, hoc est, alterius essentie, quam pater est.

Origenem autorem excludat. Homiliam hanc porro excipiunt Evangelia praeviis Hieronymi Prologis

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1120

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

29

HIEROGRAPHICI.

30

logis et *Eusebii ad Carpianum Epistola*, prout legitur in *Opp. Hieron.* edit. *Vallars.* T. X. col. 668. Sequuntur *Aetus Apost. Epistolae Canonicae ante Paulinas, et Apocalypsis. I. Job. 5.* Testimonium terrestre coelesti praeponitur. *Psalterium* ad finem Codicis dilatum est fol. 448. quem claudit fol. 471. nota illa Vocabulorum hebr. et graec. Interpretatio.

XVIII.

R. 42 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 953. 4. per 2. etiam 3. Columnas in pellibus tenuissimis charactere aterrimo, minutissimo, nitidissimo, principiisque picturatis ita exaratus, ut insigne cum peritiae, tum assiduitatis humanae specimen haberi posse, continet universa *Biblia* cum *Postillis* non *Nic. Lirani*, sed, cuius nomen toto Codice non comparet, *Hugonis a S. Caro* (a natali Suburbio *Viennae Allobrogum Saint Chers*) ex O. P. ad Purpuram Rom. evocati, et a. 1262. vivis exempti, cui praeter vastum hoc Opus, quod in edit. *Lugd.* 1645. quae mihi adjacet, VII. Tomos f. conficit, Rudimenta saltem *Concordiarum Bibliarum* debemus. Adi de eo T. I. Scriptt. O. P. p. 194. Initium porro Codici facit Autoris Praefatio, quae incipit: *Principium verborum tuorum ueritas &c.* Sequitur nota *Hieronymi ad Paulinum Epistola* cum suis Postillis, quarum initium: *Frater Ambrosius*

&c. Fidem i. certitudinem &c. tum *Prologus Hieronymi in Pentateuchum ad Desiderium*, cuius Postillae: *Desiderii. Post primum prooemium ponit ieronimus &c.* Deum Postillae *Geneseos* sic ineunt: *In principio &c. Agit Moyses in primo libro de primordiali &c.* Atque ita libri ordine consueto procedunt usque ad fol. 222. ubi interseritur *Liber III. et dicitur II. Esdrae*, quia praecedens *Nehemiae* inscribitur. Hic porro Liber caret Postillis, etiam *Hugoni* habitus apocryphus. *Testamentum novum*, quod orditur fol. 669. *Aetus Apost.* inter *Epistolas Paulinas et Canonicas* ponit. Praefatio *Hugonis* in illud incipit: *Quatuor circulos aureos pones super quatuor arche angulos &c.* Igitur diversa est ab ea, quam exhibet Editio suprac. Et in universum magna est Praefationum in Cod. et *Edit.* differentia, quemadmodum me collatio initiorum in *Scriptt. O. P. T. cit. p. 198.* docuit. Ipsae etiam *Glossae* in illo jam conciosores, jam fusiores sunt, quam in hac, ut adeo plures successu temporis Operi huic ampliando vel contrahendo, ut sit, manum adhibuisse videantur. Atque advertit me Nota Librarii nostri ad fol. 712. p. 2. sive Initium Evangelii Marci: *In postillis magistri Stephani de langetona (Linguatona, Langthon, Longoduni) qui cum ipse bunc librum legeret parisius, fuit quidam in scolis uir maximi nominis nomine iohannes belet qui afferebat se uidisse cathedram marci super quam scripsit hoc euangelium.*